Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Spiritus quidem prom-
ptus est caro autem in fir-
ma. Iterum secundo abi-
it et orauit dicens. Pa-
ter mi si non potest hic
calix transire nisi bibam
illum fiat uoluntas
tua. Venit iterum et in-
uenit eos dormientes
erant enim oculi eorum
grauati. Relictis illis
iterum abiit et orauit
tertio eundem sermonem
dicens. Tunc uenit
ad discipulos suos et
dicit illis. Dormite iam
et requiescite. Ecce ap-
propinquauit hora et
filius hominis tradetur
in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce
appropinquauit qui
me tradet. Adhuc ipso
loquente ecce iudas
unus de duodecim ve-
nit et cum eo turba mul-
ta cum gladiis et fustibus
missi a principibus sacer-
dotum et senioribus pli-
Qui autem tradidit eum
dedit illis signum dicens
Quemcunque osculatus
fuero ipse est tenete eum.
Et continuo accedens
ad ihesum dixit. Ave rab-
bi. Et osculatus est eum.
Dixitque illi ihesus. Amice
ad quid uenisti. Tunc